



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 43. Gallorum copiæ in aciem collocatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV. A. C. 1495. munitionibus torrentem Tarrum traji-
 ciunt, moxque Marchio Mantuanus co-
 pias suas in novem agmina partitur, at-
 que Itali sexcentos Albanenses ex acie
 subducunt, qui continenti prælio Gallos
 tota, quæ pugnam præcedebat, nocte
 lacefferent, eosque subtracto quiescendi
 spacio ad sustinendos posteræ diei labo-
 res minus idoneos redderent, nec inani
 sane consilio; nam etsi hoc artificio haud
 usi fuissent Itali, coeli tamen inclementia
 Gallorum vires fregisset, quia præter di-
 sturbatum procellis ac imbribus aerem,
 & furentium Austrorum violentiam, eti-
 am nubes creberrimo ruptæ tonitru,
 tam horrendis fragoribus aures verbera-
 bant, ut nullam prorsus quiescendi liber-
 tatem tota nocte Gallis concederent, cun-
 ctis ex hac ipsa tempestatis injuria sibi
 quævis adversa præfagentibus.

§. XLIII.

Gallorum copiarum in aciem collocatarum.

*Comm. l. 8.
 cap. 6.*

Tandem exacta continuos inter nimbos,
 atque turbines nocte, lux matutina
 coelo, nubibusque silentium, & concor-
 diam restituit; unde Rex feria secunda
 die sexta Julii versus septimam antelucani
 temporis horam copias suas in aciem
 distribuit, insidens generoso fusci coloris
 equo, qui altero oculo privatus vulgo
Saba-

Sæcul. XV.
A.C. 1495.

Sabaudus dicebatur, eo quod illum Rex a Carolo Sabaudiaë Duce, cum Taurinum peteret, dono accepisset: ergo Rex, ex sententia suorum Belliducum longa militia effæeratorum curas, exiguumque, qui ei supererat exercitum ita partitur, ut selectiores copias, quarum mediam tamen partem jamjam amiserat, in primam aciem collocaret, cumque haud dubium esset, fæderatos incæpti certaminis gloriam Mediolanensis Ducis legionibus delaturos, Carolus primo agminum Cataphractos Trivulcio ductore adjunxit, qui tamen ferme omnes natione Mediolanenses erant, olim a Ludovico patria expulsi, bonisque spoliati: mediam vero aciem Rex ipse duxit, quem septem voluntariæ militiæ adscripti, viri ad pericula fortes stipabant, ac de Regis salute solliciti, iisdem omnino armis, vestibus, ac insignibus, quibus Rex induebatur, sese ornabant, eo consilio, ut regiæ personæ insidiantium studia fallerent, ac discriminis, cui Carolus sese exponeret, partem in semetipsum derivarent: denique Rex Trimollionum ultimi agminis imperium deferre decreverat, cujus tamen precibus datum est, ut ei ad Regis sui latus equestre agmen ducere liceret: Carolum vero sequebantur, Ligniacensis & Guisiensis Comites, Nothus Borbonius, Piennes, Bonnevalius,

Sæcul. XV. lius, Monnerones, & Genouillacus: po-
 A.C. 1495. fremæ autem aciei præerat Joannes de
 Fuxo, Vice - comes Narbonensis, atque
 Aureliæ Ducis levir. Tandem Odeto
 Centurioni cura demandata erat impedi-
 mentorum, quæ tamen ad sinistram col-
 locata toto prælii tempore, nemine ex-
 cubias agente, neglecta jacebant, haud
 exiguo hujus incuriæ emolumento; in-
 de enim victoriæ data est occasio.

§. XLIV.

Fœderati exercitus Ordo.

Fœderatorum copiæ trans Tarrum ca-
 stra ponebant, ac præprimis in Gal-
 los tres distinctas acies movebant, qua-
 rum ultima totum Gallorum exercitum
 numero æquabat. Ergo primum agmen,
 ex Albanensibus conflatum annum Tar-
 rum trajicit, quos sequebatur Marchio
 Mantuanus, qui præter Albanenses, at-
 que Italos quingentis peditibus auctos,
 validam sexcentorum cataphractorum
 turmam medius inter ultimum agmen,
 & Fornovum duxit, ac postremam ho-
 stium aciem aggredi constituit, dum in-
 terea Cajatsius Comes cum quadringentis
 equitibus trajecit, ac cum duobus peditum
 millibus eundem torrentem ferme primum
 Gallorum agmen pertransiit, ea tamen
 cautela provide adhibita, ut ex altera
 fluyii